

Band IV., Nr. 964, Seite 10-11

Bischof Heinrich von Konstanz tut kund, dass Schenk Konrad von Winterstetten die Pfarrkirche zu Baidt für den zu ihrem Witum gehörigen Grund und Boden, welchen er für die Erbauung des dortigen Zisterzienserinnenklosters bestimmt, gemäß einem bischöflichen Ausspruche durch die Hälfte eines Gutes zu Altdorf entschädigt habe.

Baidt, 1241. Januar 3.

Hainricus, dei gracia Constanciensis episcopus, universis hoc scriptum inspecturis geste rei noticiam. Sciatis universitas vestra, quod, cum vir illustris Cōnradus pincerna de Wintersteten, pro remedio anime sue ac parentum suorum, de nutu et voluntate gloriosi Romanorum imperatoris Friderici ac semper augusti, in laudem dei et honorem beate dei genitricis Marie claustrum seu abbatiam sanctimonialium sub disciplina et magisterio ordinis Cisterciensis in predio suo et villa, que Bvnde nominatur, construere disposuisset, locus seu fundus, qui construende abbacie aptissimus ibidem videbatur, parrochiali ecclesie de Bvnde utpote dos propria attinebat. Necessarium igitur ac rationi consentaneum fuit, ut idem foundationis locus ab ecclesia et de manu Eberhardi tunc temporis plebani per idoneum concambium conquireretur ac redimeretur. Eiusdem igitur concambii moderamen atque taxatio ab utraque parte nostro arbitrio et estimationi commissa fuerunt. Nos igitur prudentum virorum, quibus res nota fuit, qui et in arbitrio taxando nobis adjuncti fuerunt, usi consilio talem arbitantes dictavimus sententiam, ut pincerna per redditus trium librarum dotem, que petebatur, ecclesie et plebano instauret, quod et factum est; si quidem utraque pars sententiam a nobis latam libens ac volens acceptavit. Habuit autem sepedictus pincerna predium in burgo, quod Altdorf dicitur, annuatim sex libras valens in redditibus, quod de manu pincerne sub annuo censu sex librarum cives eiusdem loci, videlicet Hainricus cognomento Ruhe, et Hainricus filius domine Sanne tenuerunt. Iussimus igitur eiusdem predii medietatem dari ecclesie de Bvnde in dotem perpetuam, in prioris dotis recompensationem, quod et ipse plebanus volenter acceptavit.

Acta sunt hec apud Bvnde anno verbi incarnati M^o. CC^o. XLI^o., III^o. nonas Ianuarii, presentibus venerabili Bertholdo abbate de Salem, de Winegarten, de Zwiwiltv̄n abbatibus; de Rotha, de Augia¹, de Martello², de Sorech³ prepositis, Burchardo decano Constanciensi, Eberhardo S. Stephani preposito. De

¹Weißenu.

²Obermarchtal.

³Bad Schussenried.

II

laicis vero presentes erant: Cōnradus de Smalneke, Walterus de Anemarchingen⁴, Berhtoldus de Chiseleke, Ottonebertoldus^a dapifer de Walbvrc, Berhtoldus et frater eius. Presens quoque erat tota provincia, que pro sollempnitate dedicationis celebrande ibidem convenerat. Nos vero ad petitionem utriusque predictarum partium paginam hanc conscribi fecimus et sigilli nostri appensione roboravimus.

—

Nach einem Faksimile des Originals auf Papier aus dem 19. Jahrhundert.

^aLies: *Otto Bertoldus*.

⁴Emerkingen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 369 Bü 1

Überlieferung und Textkritik:

1 Kopie, 1 Übersetzung von 1871, 1 Übersetzung aus neuerer Zeit mit falsch aufgelöstem Datum (Januar 11 statt 3).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Baindt

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233-1248)

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)

Bad Schussenried, BC

Baindt Wohnplatz (19193)

Baindt, RV

Emerkingen Wohnplatz (16806)

Emerkingen, UL

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Rom, Latium, Italien

Rot an der Rot BC

Rot an der Rot Gemeinde (17494)

IV

Schloss Salem : Salem FN
Schloss Salem Wohnplatz (18257)
Schmalegg : Ravensburg RV
Schmalegg Wohnplatz (20127)
Waldburg Wohnplatz (20306)
Waldburg, RV
Weingarten RV
Weingarten Gemeinde (20557)
Weingarten Wohnplatz (20565)
Weingarten, RV
Weißenau Wohnplatz (20163)
Weißenau, Ravensburg, RV
Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
Zwiefalten Wohnplatz (16028)
Zwiefalten, RT